Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



ieser a quo familia iezeritarum
Et elech a quo familia elechi
tarum Et asriel a quo familia
asrielitarum Et sechem a quo
familia sechemitarum Et se
nuda a quo familia senu
daitarum Et epher a quo fa
milia epheritarum Fuit autem
epher pater salphaad qui fili
os non habebat sed tantum filias
quarum ista sunt nomina Maala
et noa et egla et melcha
et thersa Hee sunt familie
manasse et numerus earum .l. duo
milia septingentorum Filii
autem effraim per cognationes
suas fuerunt hii Suthala a
quo familia suthalaitarum
Becher a quo familia beche
ritarum Teher a quo fami
lia teheritarum Porro filius
suthala fuit hera a quo he
ranitarum Hee sunt cognaci
ones filiorum effraim quorum
numerus xxx duo milia quingen
torum Isti sunt filii ioseph per
familias suas Filii beniamin
in cognationibus suis Ba
le a quo familia baleitarum
Azbel a quo familia azbel
azbelitarum Ahira a quo fa
milia ahiramitarum Suphaz
a quo familia suphamitarum
Hupham a quo familia huph
amitarum Filie bale hered
et noeman De hered fami
lia hereditarum De noeman
familia noemitarum Hii filii
beniamin per cognationes suas
quorum numerus xl v milia sex
centorum Filii dan per cognatio
nes suas Suham a quo
familia suhamitarum Hee
cognationes Dan per familias
suas omnes fuerunt suhami
te quorum numerus erat xliiij or
milia quadringentorum Filii
aser per cognationes suas Iem
na a quo familia iemnaitarum
Iessui a quo familia iessuitarum
Brie a quo familia brietarum
Filii brie Aber a quo fami
lia aberitarum et melchihel
a quo familia melchielitarum
Nomen autem filie aser fuit sa
ra Hee cognationes filiorum
aser et numerus eorum .l. tria milia
quadringentorum Filii nepta
lim per cognationes suas Iessih
el a quo familia iessihelitarum
Guni a quo familia gunitarum
Iesser a quo familia iesseri
tarum Sellem a quo familia
sellemitarum Hee sunt cog
nationes filiorum neptalim per fa
milias suas quorum numerus xl v
milia quadringentorum Ista est
summa filiorum israel qui recensi
ti sunt sexcenta milia et
mille septingenti xxx Lo
cutusque est dominus ad moysen
dicens Istis dividetur terra iuxta
numerum vocabulorum in possessiones
suas Pluribus maiorem partem
dabis et paucioribus minorem
Singulis sicut nunc recensi
ti sunt tradetur possessio Ita
dumtaxat ut sors terram tribubus
dividat et familiis Quidquid
sorte contigerit hoc vel plures
accipiant vel pauciores Hic
quoque est numerus filiorum levi per
familias suas Gerson a quo
familia gersonitarum Caach
a quo familia caachitarum Me
rari a quo familia merari
tarum Hee sunt familie levi
familia lobni familia hebroni